

DAS MOBILIAR

DES

ERASMUS.

VERZEICHNISS

VOM

10. APRIL 1534.



FREUNDEN UND COLLEGEN

ZUR

ERINNERUNG

AN DEN

1. MAI 1871.



ERASMI SUPELLEX.

Anno Domini M.D.XXXIIII. X. die Aprilis. f. 2 a

AUREA.

Horologium ex puro auro. Donum Christophori a Schildowitz cum theca.[1])

Cocleare ex puro auro. Donum eiusdem, cum fuscinula aurea.[2])

Poculum duplex ingens argenteum inauratum, utrimque habens insignia Alberti Cardinalis Moguntini, qui dono dedit.[3])

Simile poculum habens insignia Ducis Juliacensis.

Item ingens poculum habens insignia Conradi Episcopi Wircemburgensis.

Duplex poculum habens insignia Christophori a Stadio, Episcopi Augustensis.

Poculum cum operculo, donum Antonii Fuggeri, cum inscripto epigrammate.[4])

Poculum cum operculo forma anglica. Donum Guilhelmi Montioii.

Aliud cum operculo in fastigio habens Herculem. Munus D. Joannis Paungartneri.

Aliud magnum cum operculo, munus Turzonis Episcopi Olmucensis.

f. 2 b Aliud cum operculo oblongum, munus Julii Pflug.

Poculum duplex magnum nulla habens insignia, sed ornatum foliis argenteis, munus Georgii Saxoniæ ducis.

Aliud cum operculo totum inauratum, donum clarissimi viri D. Damiani a Choes, Lusitani.[5]) (Erasmi manus.)

f. 3 a POCULA INAURATA MINORA.

Poculum cum operculo habens in clypeo pectines. Donum Camingæ Hayonis.

Aliud cum operculo in summo habens insigne falcis. Donum Justi Decii.

Item aliud simile forma. Donum Antonini medici.[6])

Aliud inauratum in fastigio operculi habens Terminum. Munus Joannis Hervagii.

Cyathus cum operculo, donum Caroli Utenhovii.

Rursum alius in fastigio operculi habens orbem semiflavum et semiceruleum.[7])

Item alius, donum Guilhelmi quondam pastoris Phrysii.

Poculum exiguum ex cornu unicornis, cum laminis inauratis. Donum Joannis Henkelli.

SEMIDEAURATA. f. 3 b

Poculum duplex D. Joannis Rinckii habens insignia.

Poculum leve in fastigio operculi habens Cupidinem.[8])

Patera intus inaurata in medio habens Terminum, munus Bilibaldi.

Cyathus cum operculo colore ferri, emptus Francfordiæ iussu Joannis a Lasko.

ARGENTEA. f. 4 a

Poculum ingens picturatum in fastigio operculi habens effigiem Fortunæ. Donum Ducis Juliacensis.[9])

Duo putei, quorum alterum dedit Joannes Vlattenus, alterum Martinus Slapus.[10])

Cyathus cum operculo nodosus. Donum Christophori Charlebvicii.
Cyathi argentei quinque, sine operculis.
Salilla duo argentea.

f. 4 b

ALIA ARGENTEA.

Lagena argentea in clypeo habens hamum, donum Hieroslai a Lasko.[11])
Duæ quadræ escariæ, donum Joannis a Lasko.
Fuscinula argentea escaria, donum eiusdem.
Altera partim inaurata, cum insignibus Erasmi Abbatis Claræ Tumbæ.
Tertia ex seta Hystricis ornata laminis inauratis. Munus Nicolai Olai.[12])
Coclearia inaurata duo.
Tertium semideauratum habens imaginem S. Sebastiani. Donum Henkelli.
Sphæra odoramentaria argentea, donum Ludovici Beri.[13])

f. 5 a

LINEA, CANABEA.[14])

Lintea lecti domini 10. Item linteorum novorum sex paria (E.).
Lintea lecti pro familia 13 vetera.[15]) Item duo et VI nova facta An. M.D.XXXIII.

Camisiæ domini XXVI, quarum tres habent collare planum, una rugosum.

Pilea linea VII.

Lintea, quæ sudariola capitis dicuntur, cum flosculis XIX.

Alia lintea capitis 12.

Lintea pedum 6.

Emunctoria fimbriata XXXV, quorum aliqua sunt filo vel aureo, vel nigro, vel alio colore variegata.

Emunctoria sine artificio XVIII.

Mappæ elegantes artificii et materiæ IIII.

Item VI aliæ.

Item II fimbriatæ, hoc est segmentatæ.[16])

Item una nulla arte facta, sed tamen apparet linteum.

Item una parva. Alia parva rara textura cum fimbriis.

Mantilia segmentata, hoc est fimbriata VIIII et I serici textus. f. 5 b

Item XII.

Item VIIII optima, quorum VI dedit Q.

Item IIII crassa et IIII fere detrita.

Serica mantilia duodecim et eiusdem texturæ stragula pro mensa longa ex dono uxoris Scheti.[17]) (E.)

f. 6 a

LANEA, SERICA. VESTES.

Pilea VI, quorum unum est novum.
Byrra parva vestita Damasceno III.
Galeri II.
Vestis una nigra suffulta madaricis pellibus.
Vestes II violaceæ.[18])
Vestis una colore cinericeo.
Vestis suffulta pellibus vulpinis.
Vestis una parva nigra.[19])
Pallium unum nigrum.
Caligæ nigræ.
Caligæ albæ.[20])
Caligæ parvæ nigræ.
Thoraces IIII, quorum unus est Damascenus, duo Sattim, tertius Ostadinus.
f. 6 b Interula una undulata colore castaneo.
Una Damasceno suffulta rubro panno.
Una nigri panni suffulta pellibus albis.[21])
Una undulata nigra suffulta rubro.[22])
Collaria II ex bisso villosa suffulta pellibus nigris.[23])
Collare I ex II pellibus madaricis.
Cuculla equestris undulata.[24])
Camisiæ rubræ II.
Campestria pro balneis III.

Soccorum quindecim paria laneorum; quinque ex festain.

PLUMEA LECTI.[25]

f. 7 a

Lecti V cum suis involucris, quorum duo sunt variegata,[26] et totidem sacci stramentarii.[27]

Culcitræ seu lodices V.[28]

Stragulæ lecti domini IIII, quorum prima est lanea, secunda ex caprinis pellibus, tertia lanea, quæ est suffulta vulpinis pellibus.

Est præterea una stragula lanea panni albi.

Plagulæ ex festain II.

Cervicalia magna V et III parva et totidem involucra.[29]

Item unum involucrum novum.

Pulvinaria seu pulvini lecti VI, quorum duo sunt variegata.[30]

Involucra cervicalis domini IIII, quorum unum est fimbriatum et admodum breve.

Involucra pulvinorum II.

Cortinæ cuius sunt V partes et cœlum cum fimbriis pendentibus.

Pulvilli IIII, quorum unus habet Terminum, alter unicornem, tertius est variegatus. Quartus est ex corio aurato.

f. 7 b

AULÆA.

Aulæa florulenta II, maius et minus.
Aulæum beluatum unum magnum vetus.
Aulæa II, majus habet regem judicem, minus aucupium conjugii.
Cortinæ II virides et II cæruleæ.
Velum lineum undulatum parvum.
Tapetia seu stragulæ mensarum duæ versicolores, quarum una habet crucem.
Stragulæ mensæ ex panno viridi VII.
Involucrum vestium ex tela canabea nigra.
Tapetia versicoloria parva II.
Stragulæ mensæ oblongæ versicolores II.
Canabea nigra, quarum duæ pendent in fumario, tertia in hostio cubiculi domini.

f. 8 a

CULINA. [31])

Aerea, ferrea, stamnea et lignea.

Foculus æreus unus.
Mortarium æreum unum cum pistillo.
Lapideum unum cum pistillo ligneo.
Maluvium æreum unum.
Candelabra oblonga tria et quatuor alterius formæ, quorum unum est minus aliis.
Sartagines sive patellæ II, maior et minor.
Cratis I.

Verua II. Item rotæ veru.

Tyronestis, quo aliquid disteritur, et aliud paulo minus in cubiculo domini.

Cultri II.

Pyxis e buxo pro aromatis I.

Canistrum e viminibus pro fragmentis I.

Tripus I.

Pruniceps I.

Follis I.

Catena ferrea in fumario pendens I. f. 8 b

Vas aquarium ex ferro incrustatum stamno I.

Cochleare aquarium incrustatum stamno.

Ahena sive cacabi III, maior, minor, minimus.

Furcilla et pruniceps in cubiculo domini.

Alaria, hoc est ferramenta, quibus ligna sustentantur in foco, II in cubiculo domini et unum duplex in culina.

Orbes fraxini XXV.

Secures II.

Maleolus ferreus I.

Cochleare spumarium I.

Discus ferreus.

Terebella in cella II maiora et unum minimum.

Emunctoria candelarum in cubiculo domini.

Lagenæ ferreæ, quas vocamus viatoria vasa, III.

f. 9 a

STAMNEA.[32])

Salina II.
Orbes III.
Disci II magni æquales.
Disci II eiusdem formæ, sed inæquales magnitudine.
Item II formæ et materiæ eiusdem, sed inæquales. } XI.
Duo minores.
Unum offarum.
Duo parvi nuper empti.
Disculi, quos scutellas appellamus, IIII.
Intinctoria III.
Pocula VI.
Gutturnium unum.
Cantharus magnus II mensurarum Friburgensium.
Tres, quorum unusquisque m. continet. } VIII.
Unus oblongus dimidiatæ mensuræ.
Duo parvi dimidiatæ mensuræ.
Unus parvus, mensura famulæ.

f. 9 b

IN CUBICULO DOMINI.

Forpex I.
Auriscalpium I.
Conspicilla I.

Speculum.
Atramentarium cum theca calamaria I.
Theca tonsoria referta suis instrumentis I.
Marsupium ex bisso villosa I.
Anulus signatorius I.
Semispatha I.
Hastile I.
Alveolus I.
Scobinæ III ex setis suillis.
Pixis ex buxo pro saccaro I.
Mantica equestris I.

IN STABULO.

Strigilis.
Pecten cum spongia.

LIGNEA.[33]

f. 10 a

Lecticæ VII et una humilis.
Mensæ VII, quarum una habet nidulos, una duplex.
Tres parvæ repositoriæ.
Arcæ III et una parva.
Scrinia convestita corio II magna et unum parvum.
Umbracula III.
Promptuarium in culina.

Capsa farinaria.
Scalæ II, maior et minor.
Sellæ II magnæ corio convestitæ.
Sellæ II minores, quarum una est complicatilis.
Sella una oblonga complicatilis.
Sedilia X.
Scamna II, quæ spondæ dicuntur.
Pluteus versatilis, qui ponitur super mensam.
Pluteus plicatilis.





ANMERKUNGEN.

Mit einem E sind diejenigen Zusätze bezeichnet, welche Erasmus eigenhändig in den Text oder an den Rand des vorstehenden Verzeichnisses geschrieben hat; Bemerkungen Amerbachs sind durch ein A, solche des Gilbertus Cognatus durch ein C kenntlich gemacht.

1. Legavit Domino Ludovico Bero, theologo scholasteri Basiliensi. A.
2. Legavit Beato Rhenano Selestadiensi. A.
3. Legavit Hieronymo Frobenio. A.
4. Legavit D. Nicolao Episcopio. A.
5. Vendidi Amerbachio. E.
6. Donavi Volzio. E.
7. Quid a Frobeniis venerat, uxori Jo. Frobenii ultro reddidi adjecto Lusitano cruciato. A.
8. Ist ein Kopflin. A.

9. Legatum Conrado Goclenio. A.
10. Horum priorem H. Glareano, posteriorem S. Grynæo εἰς μνημόσυνον Erasmi ultro Amerbachius sibi legatos donavit. A.
11. Legavit Jo. Brisgoico theologo Friburgensi. A.
12. Donavit vivens cuidam Italo me præsente. Joanni Angelo Odono. A.
13. Donavit etiamnum vivens Annæ, Hieronymi Frobenii uxori. A.
14. Tota supellex lanea, linea et lignea una cum vestibus legata est Hieronymo Frobenio. A.
15. Sunt sex vendita ex veteribus et 2 nova. C.
16. Una distracta est. C.
17. Dominus muneri misit Domino officiali Bisuntino Vo. C.
18. Unam dedit famulo. A.
19. Ad hoc tunica nigra. A.
20. Donatæ Quintino. C.
21. Una castanea. A.
22. Donavit Sigismundo. A.
23. Pectoralia duo cum madauricis pellibus. A.
24. Cuculla undulata. Cuculla nigra suffulta pellibus nigris. A.
25. Cum venditorum fit mentio, intellige Friburgi. Nam posteaquam incomparabilis vir

novissime huc migrasset, Gilbertus Cognatus, eius famulus, ex supellectili jussu domini quædam illic vendidit minus necessaria. A.

26. Tres venditi cum involucris. C.
27. Sacci 4 venditi. C.
28. Tres sunt venditæ. C.
29. Tria vendita et totidem involucra cum parvis. C.
30. Duo vendita, quorum unum erat variegatum. C.
31. Vendita Friburgi. A.
32. Friburgi distracta per Gilbertum vivente etiamnum domino. A.
33. Vendita Friburgi. A.





SCHLUSSWORT.

Etwas mehr als ein Jahr bevor Erasmus aus Rücksicht auf seine Gesundheit sich entschloss, seinen Wohnsitz von Freiburg nach dem ihm lieb gewordenen Basel zu verlegen, liess er sich von seinem Famulus Gilbertus Cognatus (Cousin) ein vollständiges Verzeichniss seines fahrenden Gutes anlegen. Dieses am 10. April 1534 in lateinischer Sprache abgefasste, kulturhistorisch gewiss nicht uninteressante Aktenstück gelangte nach dem Tode des Erasmus (11. Juli 1536) in den Besitz seines Testamentserben Bonifacius Amerbach und gieng im Jahre 1662, als die gesammte Amerbachische Bücher-

und Kunstsammlung für die Universität erworben wurde, in unsre Bibliothek über.

Heutzutage befindet sich das Mobiliarverzeichniss, von der saubern Hand des gelehrten Dieners geschrieben, in dem Sammelband C. VII. 19, der noch manche andre, auf Erasmus bezügliche Schriftstücke enthält; es füllt die Blätter 2a—10a und zeigt am Rand eine Reihe von Zusätzen, die in den vorhergehenden Anmerkungen mitgetheilt sind. Nur wenige dieser Noten stammen von der Hand des Erasmus; die übrigen sind von Cognatus und von Amerbach hinzugefügt; jenem lag daran anzugeben, welche Mobilien vor der Abreise des Erasmus, um den Umzug nach Basel zu erleichtern, in Freiburg verkauft wurden; dieser merkte an der Hand des Testaments an, in wessen Hände die im Verzeichniss enthaltenen Gold- und Silbergeräthe übergegangen waren.

Ein Gegenstück und eine Ergänzung zu dem Verzeichniss der fahrenden Habe, das hier zum ersten Mal bekannt gemacht wird, bildet das notarialische Inventar über die Hinterlassenschaft des Erasmus vom 22. Juli 1536, das vor zwei Jahren aus dem gleichen handschriftlichen Sammelband veröffentlicht

wurde. Die vorliegende Publikation möchte den Tag bezeichnen, an welchem der Herausgeber vor zwanzig Jahren die Leitung der Basler Universitätsbibliothek übernahm.

Basel, im April 1891.

LUDWIG SIEBER.





SCHWEIGHAUSERISCHE BUCHDRUCKEREI.